Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



quitatem meam. Signantur quasi in sac
culo delicta nra. quia hoc qd nos exteri
agimus nisi penitentia interueniente
diluamus. in secreto iudiciorum dei sub occul
tatione seruatur. ut quandoque etiam de sigil
lo secreti excat ad publicum iudicium. Un
de etiam per moysen dicit. Nonne hec con
gregata sunt apud me. et signata in
thesauris meis. In die ultionis reddam
illis. Cum uero pro malis que fecimus disci
pline flagello atterimur. et hec per peni
tentiam deflemus. iniquitatem nram
signat et curat. quia nec inulta hic de
serit. nec in iudicio punienda seruat.
Signat ergo delicta. quia ea hic subtiliter
attendit ut feriat. Curat ergo. quia hec
per flagellum funditus relaxat. Unde
iniquitatem quoque illius persecutoris sui que
in terra prostrauerat signando cura
uit. cum de illo ad ananiam dicit. Uas elec
tionis mihi est iste. ut portet nomen meum
coram regibus et gentibus et filiis israel.
Ego enim ostendam illi. quanta oporteat
eum pro nomine meo pati. Cum enim ad
huc pro transactis excessibus uenturas
passiones minatur. profecto hoc qd deliquerat
in corde signatum tenebat. sed pro
cul dubio delicta eius curando signa
uerat. que uas electionis uocabat.
Uel certe peccata nra signantur in sac
culo. cum mala que facimus sollicito
semper corde pensamus. Quid namque est
cor hominis. nisi sacculus dei. Ubi dum
studiose conspicimus per quanta delinquimus.
peccata nra quasi in dei sacculo signa
ta portamus. An non peccatum suum da
uid tenebat signatum in sacculo cum
dicebat. iniquitatem meam ego agnos
co. et delictum meum coram me est
semper. Et quia culpas quas intuendo
et penitendo cognoscimus pius nobis
conditor relaxat. recte post signata
in sacculo delicta subiungitur. sed curasti
iniquitatem meam. Ac si aperte dicat.
Que modo signas ut penitendo uideam.
agis procul dubio ne in retributione
uideantur. SEQVITUR. Mons cadens de
fluit. et saxum transfertur de loco
suo. Lapides excauant aque. et alluuio
ne paulatim terra consumitur. Et homi
nes ergo similiter perdes. Hoc sepe agitur ut
cadentibus rupibus saxum ad alia loca
transferatur. ut aque lapides excauent.
et paulatim terra alluuione consumatur.
Sed magna nobis intentione discutien
dum est qd infertur. et homines ergo simi
liter perdes. Quid est enim qd cadenti mon
ti. qd translato saxo. qd excauato la
pidi. et per alluuionem terre consumpte
perditio humana comparatur. nisi hoc qd pa
tenter datur intelligi. quia duo sunt
genera temptationum. unum qd in
mente etiam uisti hominis per repenti
num euentum agitur. quatenus sic subi
to temptetur. ut hunc inopinato pro
uentu concutiat et prosternat. casumque
suum non nisi postquam ceciderit uide
at. aliud uero qd paulatim uenit in men
te. et resistentem animum lenibus sug
gestionibus inficit. et omnis in eo uires